



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 36. Iudex ferens sententiam nullam, an possit à vigintiduumviris
coerceri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

S V M M A R I V M.

1. Officiari non sindicantur de eo quod committunt extra eorum officium.

Videtur quod non. Hippolit. de Marfilis sing. 560. & Rubr. de fidejussoribus num. 185. eleg. l. fin. num. 172. ff. de iurisdic. om. iud. Guiliel. de Cuneo l. nulli c. quorum appell non recipiuntur. Cast. l. 1. §. in filio ff. ad Maced. Sindici enim, quorum appellat sunt vigintiduumviri, qui potestatem habent sindicandi officiatos, non possunt se intermiscere de eo quod extra suum officium gesserunt, DD. iam casu. Sed adhibenda est alia falsi mica; pax enim vigintiduumviralis coercet eos, qui orbitas sui officii dolo malo prætergrediuntur, uti aliis in quæstionibus ostendi.

Q U Æ S T I O XXXVI.

Judex ferens sententiam nullam, an possit à vigintiduumviris coerceri.

S V M M A R I V M.

- 1. Iudex ferens sententiam nullam, non facit litem suam.
- 2. Statutum puniens facientem actum, non extenditur ad facientem actum nullum.
- 3. Consuetudine generali officiatum tenentur tantum de dolo.
- 4. Iudices sindicantur tantum de forditibus & corruptionibus.

Respondeo non posse. Quia iudex ferens sententiam nullam, non facit litem suam, Trag. ad l. connub. glo. 8. numer. 208. glo. l. i. ff. de variis & extraord. cogniti. Barth. in quæstione per eum disputata incip. 4. sententia iudicis. Nam & iudex aut itaturum puniens facientem aliquem actum, non comprehendit facientem actum nullum l. 1. §. ult. ff. quod quisque iuris ubi Ang. & Alex. Hippol. de Marfil. l. qui sine accusatoribus numer. 11. ff. de quæst. Ut proinde ita nulliter iudicans, litem non quidem faciat suam, sed ad expensas tantum litis possit obligari, Amadeus de sindicatu num. 140. Marfilis in d. num. 11. glo. l. fin. ff. de variis & extraord. confirmatur, quia generali consuetudine Officiales non tenentur nisi de dolo, non vero cum de culpa lata, Bald. l. observare §. proficisci quæst. 15. & 18. ff. de offic. proc. Amadeus de sindicatu num. 86. ubi dicit, quod iudices non sindicantur, nisi de forditibus & corruptionibus, de iniquis autem sententiis & per imperitiam male latis neuriquam.

Ecc 2